Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692471-p0001-7

Ung VI 182

Occasionalia
potissimum Carmina
vol. 22
VI-182.

VI-182.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692471-p0002-3

96

CVM

VIR

SVMME REVERENDVS,

DOMINVS

VALENT. ERNESTVS LOESCHERVS,

SS. THEOL. D. ET IN HAC ACADEMIA PROF. PVBL. CELEBERRIMVS, VT ET ALVMNORVM ELECTORAL. EPHORVS MERITISSIMVS,

AD

CAPESSENDVM

AMPLISSIMVM EPHORI DRESDENSIS ET IN SVMMO SENATV ECCLESIASTICO ASSESSORIS,

MVNVS

A. ∞ CIϽ IϽ CC IX. AD D. III. KAL. SEXTILIS

HINC DISCEDERET,

PATERNI IVXTA AC FRATERNI AFFECTVS TESSSERAM

RELINQVIT

ORDO THEOLOGORVM.

VVITEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692471-p0003-9

SIc abit Aonii bene cognitus Incola Pindi,
Lux Charitum, et noſtri lausque decusque chori.
O FILI, o FRATER, quo TE rapit ardor eundi,
Nec tot propoſitum uota morantur iter?
Dresda, caput patriae gaudet, triſtatur at Ordo
Noſter, conqueritur Leucoreusque Sion.
Et ſtudioſa cohors deformem plorat hiatum,
Ac ſciſſum luget collabefacta chorum.
Ipſa Quadriga nouam uiſa eſt ſentiſcere cladem,
Atque ſuo poſthinc lentius ire gradu.
Nam firmata ſtetit ſtudiis concordia noſtris,
Inuidia, aut odii nulla uel umbra fuit.
Vix amor optato coaleſcere coeperat uſu,
Iam ſi non animo, rumpitur orbe fauor,
Eheu quot ſectae, fidei quot ſchiſmata ſurgunt,
Inque DEVM pietas quam ſpecioſa furit!
Hydra, cui ſtygius furor incunabula ceſſit,
Robur et ambitio ſeditioque dedit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692471-p0005-0

Illius armigeri: fraudes, mendacia, technae,
Et multis inhians foeda rapina bonis.
Iam pridem his furiis turbata Eccleſia diris,
Ancipiti traxit praelia longa mora.
Quid, quod uicinos coepit gangraena per artus
Spargere lethiferi ſemina coeca mali.
Tu uero in tali nobis certamine Achates,
Et cuſtos uerae, tum pietatis eras.
Sic decertatis pugnis uictoria parta eſt,
Pugnat enim cauſa pro meliore DEVS.
Aſt fugis, et propius praecelſae iungeris aulae,
Et nobis ſociam ſubtrahis inde manum.
Ecquis erit deinceps, parili qui Marte capeſſat
Arma, et nobiſcum praegraue portet onus?
Numinis haec cauſa eſt, ut poſt, magis ardua prenſes,
Atque DEO nauim propitiante, regas.
I felix! uatum fortuna ſequatur euntem!
Sit uia propitio Numine tuta Tibi.
Mandatas ordire uices, fatumque ſecutus,
Dirige diuinam, qua potes arte, ratem.
Molles adſpirent Zephyri, nec turbida puppim
Tempeſtas quatiat, neue procella petat.
Sin incurrat hyems, et nimbus, et aeſtuet aequor,
Ex fluctu rapies uictor, ut ante, trabem.
Et ſic conſumma curſum, ſed agone peracto,
In coelis tandem pulcra brabea cape.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692471-p0006-6

Ung VI 182

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692471-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692471-p0008-7
DFG

96

CVM

VIR

SVMME REVERENDVS,

DOMINVS

VALENT. ERNESTVS LOESCHERVS,

D. ET IN HAC ACADEMIA
LEBERRIMVS, VT ET ALVMNO-
LECTORAL. EPHORVS
MERITISSIMVS,

AD

CAPESSENDVM

VM EPHORI DRESDENSIS
MMO SENATV ECCLESIASTICO
ASSESSORIS,

MVNVS

CCIX. AD D. III. KAL. SEXTILIS

HINC DISCEDERET,

I IVXTA AC FRATERNI AFFECTVS
TESSSERAM
RELINQVIT

THEOLOGORVM.

BERGAE, LITERIS GERDESIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692471-p0009-6